MAY 19, ST. PETER CELESTINE, POPE

Errors? help@extraordinaryform.org

St. Peter Celestine was the founder of the Celestine Order. He was living in a mountain solitude when he was called to Rome by his election to the Pontificate. He was accused of excessive simplicity in public affairs, nor did he deny the truth of this accusation. Other Popes, such as Sts. Martin and Benedict IX, had resigned the Papacy; the Thirteenth Century canonists nevertheless, disputed whether it was lawful for the supreme Pontiff ever to renounce his position. Celestine V decided the question according to primitive Roman traditions, and laid aside the papal robes to return to his former monastic life. Both during his pontificate and after his humble abdication, he worked many miracles. He died May 19, 1296.

(Commemoration of St. Pudentiana) St. Pudentiana, a Roman virgin, was the daughter of the Senator Pudens, who had been converted by Sts. Peter and Paul. Pudentiana and her sister, St. Praxedes, passed their lives in good works.

INTROIT John 21: 15-17 Si díligis me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. [T.P. Allelúja, allelúja.] (Ps. 29: 1) Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Si díligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. [T.P. Allelúja, allelúja.]	Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep. [P.T. Alleluia, alleluia.] (Ps. 29: 1) I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me: and hast not made my enemies to rejoice over me. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep. [P.T. Alleluia, alleluia.]
COLLECT Deus, qui beátum Petrum Cælestínum ad summi pontificátus ápicem sublimásti, quique illum humilitáti postpónere docuísti: concéde propítius; ut ejus exémplo cuncta mundi despícere, et ad promíssa humílibus prǽmia perveníre felíciter mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	O God, Who didst raise blessed Peter Celestine to the sublime height of the pontificate and didst teach him to prefer humility to that dignity, mercifully grant that we may have the grace by his example to disdain all the things of the world, and the happiness to attain the rewards promised to the humble. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(Commemoration of St. Pudentiana)	
Exáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beátæ Pudentiánæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	Harken unto us, O God, our Savior that as we rejoice in the festival of blessed Pudentiana, Thy virgin, so we may be instructed by the affection of pious devotion. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
EPISTLE 1 Peter 5: 1-4, 10-11	
Caríssimi: Senióres, qui in vobis sunt, obsécro consénior et testis Christi passiónum, qui et ejus, quæ in futúro revelända est, glóriæ communicátor: páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coácte, sed spontánee secúndum Deum, neque turpis lucri grátia, sed voluntárie; neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et, cum appáruerit princeps pastórum, percipiétis immarcescíbilem glóriæ corónam. Deus autem omnis grátiæ, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Iesu, módicum passos ipse perfíciet, confirmábit solidabítque. Ipsi glória et impérium in saecula sæculórum. Amen.	Dearly beloved, The ancients therefore that are among you, I beseech, who am myself also an ancient, and a witness of the sufferings of Christ: as also a partaker of that glory which is to be revealed in time to come: feed the flock of God which is among you, taking care of it, not by constraint, but willingly, according to God: not for filthy lucre's sake, but voluntarily: neither as lording it over the clergy, but being made a pattern of the flock from the heart. And when the prince of pastors shall appear, you shall receive a never fading crown of glory. But the God of all grace, who hath called us into his eternal glory in Christ Jesus, after you have suffered a little, will himself perfect you, and confirm you, and establish you. To him be glory and empire for ever and ever. Amen.
(During Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia are replaced by the Greater Alleluia.)	(During Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia are replaced by the Greater Alleluia.)
GRADUAL Psalms 106: 32,31	
Exáltent eum in ecclésia plebis: et in cáthedra seniórum laudent eum. Confiteántur Dómino misericórdiae ejus, et mirabília ejus filiis hóminum.	Let them exalt him in the church of the people: and praise him in the chair of the ancients. Let the mercies of the Lord give glory to Him: and His wonderful works to the children of men.
LESSER ALLELUIA Matthew 16: 18	
Allelúja, allelúja. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. Allelúja.	Alleluia, alleluia. Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

(The Greater Alleluia is only said in Eastertide.)	(The Greater Alleluia is only said in Eastertide.)
GREATER ALLELUIA Matthew 16: 18 Allelúja, allelúja. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. Allelúja. (Ps. 44: 17, 18) Constítues eos príncipes super omnem terram: mémores erunt nóminis tui, Dómine. Allelúja.	Alleluia, alleluia. Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia. (Ps. 44: 17, 18) Thou shalt make them princes over all the earth: they shall remember Thy Name, O Lord. Alleluia.
GOSPEL Matthew 16: 13-19 In illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi, et interrogábat discípulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixérunt: Álii Joánnem Baptístam, álii autem Elíam, álii vero Jeremíam aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dícitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.	And Jesus came into the quarters of Cesarea Philippi: and he asked his disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some John the Baptist, and other some Elias, and others Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona: because flesh and blood hath not revealed it to thee, but my Father who is in heaven. And I say to thee: That thou art Peter; and upon this rock I will build my church, and the gates of hell shall not prevail against it. And I will give to thee the keys of the kingdom of heaven. And whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven: and whatsoever thou shalt loose upon earth, it shall be loosed also in heaven.
OFFERTORY Jeremiah 1: 9-10 Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce, constítui te super gentes et super regna, ut evéllas et destruas, et ædífices et plantes. [T.P. Allelúja.]	Behold I have given My words in thy mouth: lo, I have set thee over the nations, and over kingdoms, to root up, and to pull down, and to build, and to plant. [P.T. Alleluia.]
SECRET Oblátis munéribus, quǽsumus, Dómine, Ecclésiam tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui profíciat ubíque succéssus, et grati fiant nómini	By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under

tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
(Commemoration of St. Pudentiana)	
Accépta tibi sit, Dómine, sacrátæ plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	May the offering of Thy consecrated people be accepted by Thee, O Lord, in honor of Thy saints, by whose merits it knoweth that it hath received aid in time of trouble. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
PREFACE OF EASTER SEASON	
Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:	It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:
COMMUNION Matthew 16: 18	
Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. [T.P. Allelúja.]	Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. [P.T. Alleluia.]
POSTCOMMUNION	
Refectióne sancta enutrítam gubérna, quǽsumus Dómine, tuam placátus Ecclésiam: ut poténti moderatióne diréctа, et increménta libertátis accípiat et in religiónis integritáte persístat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(Commemoration of St. Pudentiana) Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: ejus, quǽsumus, semper interventióne nos réfove, cujus sollémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	Thou hast filled Thy household, O Lord, with sacred gifts; ever comfort us, we beseech Thee, through her intercession whose festival we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.